



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XVI. Die Markgrafen Otto und Conrad überlassen einem gewissen
Bethmann den Zoll zu Osterburg und an andern an Uebergängen über die
Biese gelegenen Orten, am 10. Januar 1287.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

eadem civitas jam prehabita cum nostris vasallis et hominibus circum sedentibus poterit protestari. In horum predictorum evidens testimonium presens scriptum, scribi fecimus et sigillorum nostrorum appensione iussimus roborari. Huius rei testes sunt Dominus Gevert de Alvensleve noster Advocatus de Arneborg, et Zabellinus de Arneborg et quam plures alii fide digni. Datum in Arneborg, Anno Domini Dwfend twehe hundred achtentich, Decima quarta Kalend. Februarii.

Nach einer vom Kurfürsten Joachim II. i. J. 1540 erfolgten Bestätigung. Concept im Geh. Staatsarchive XXI, 211.

XV. Die Markgrafen Otto, Albert und Otto befreien die Pynnowschen der Stadt Osterburg gehörigen Hufen von allen Abgaben, am 23. März 1281.

Nos Otto, Albertus et Otto, fratres, dei gracia Marchiones Brandenburgenses, huius scripti tenore notum fieri cupimus universis tam presentibus quam futuris, ipsius continentiam percepturis, quod hereditatem omnium manforum, adjacentium ville Pynnou, site juxta civitatem Osterborch, ab omni exactione, angaria, parangaria et servitio, que nobis in eadem competeabant, omni modo habere velimus supportatam. Et ne ulli processu temporis super hec dubium aliquod valeat suboriri et malignari volentibus occasio tribuatur, presentem paginam de certa nostra scientia scriptam, sigillorum nostrorum appensionibus fecimus consignari, adhibitis nihilominus testibus subnotatis, ut Rudolpho et Johanne fratribus de Stemke, Wernéro de Arneborg, Gernberto de Rurendorp, Czabello de Arneborch et aliis quam pluribus nostris militibus et vasallis. Datum Arneborch, anno gratie Dufent twehe hundred Eyn vnd achtentig, Decimo Kalend. Aprilis.

Nach einer vom Kurfürsten Joachim II. im Jahre 1540 erfolgten Bestätigung. Geh. Staats-Archiv XXI, 211.

XVI. Die Markgrafen Otto und Conrad überlassen einem gewissen Bethmann den Zoll zu Osterburg und an andern an Uebergängen über die Biese gelegenen Orten, am 10. Januar 1287.

In nomine Domini Amen. Otto et Conradus, dei gratia marchiones Brandenburgenses, omnibus hanc literam cernentibus salutem in perpetuum. Cum multotiens actus legitimi propter diversos casus, qui rebus humanis incidunt, immutentur, expedit, ut gesta hominum, ne evanescant a memoria, signis testium idoneis et scriptis autenticis solidentur. Nosse ergo presentibus literis presentes volumus posteros nec latere, quod fideli nostro Bethmanno, uxori eius Margarete et eorum heredibus veris, thelonium nostrum in Osterborch, in Gladegow, Rossow,

Selikstorpē, in antiqua civitate et in locis aliis, ubi vada patent per aquam Byfen, ubi nostri thelonarii, sui precessores, acceperant thelonium et in ipso thelonio octo videlicet frusta, unumquodque frustum pro duodecem marcis argenti, vendidimus et donavimus eidem idem thelonium jure hereditario perpetuis temporibus possidendum, adjicientes, si idem Bethmannus, ejus uxor ac heredes ipsius, idem telonium vendere in futurum, vel etiam permutare, id debeat esse de nostra benevola voluntate, hoc adjecto, si burgenfes prefate civitatis voluerint in uno ac in duobus annis solvere aut emere idem telonium pro pecunia, pro qua idem Bethmannus id emit, hoc admittet ipse et sui heredes nec id impedient ullo modo. Preterea si quis ipsum Bethmannum, uxorem suam, heredes suos, pro injusto voluerit accusare sive impetere telonio, seu pro alia quacunq̄ causa, hic ipsum in Osterborch coram judice civitatis et non alias ullatenus inculcabit. Mandamus etiam et volumus, quod noster Advocatus nunc et in futurum statuendus, ipsos debet in omnibus telonii negotiis promovere fideliter, ac si nostrum esset telonium, nec in aliquo ullatenus impedire. Ceterum ipsos in nullo pregravare debemus indebite, nec aliquod malum ad ipsos adducere, quam quod aliis nostris burgenfibus civitatis prefate ingerere voluerimus vel inferre. Ut ergo hec nostra venditio rite facta futuris temporibus nequeat irritari, presentes literas fieri iussimus, et sigillorum nostrorum appensionibus communiri. Testes hujus rei sunt Conradus de Redere, Bartoldus Pincerna, Gerardus de Kerkou, Hermannus de Gardelege, Henningus de Gore, Fredericus de Deditz et plures alii fide digni. Actum et datum in Tangermunde, Anno Domini millesimo ducentesimo LXXXVII^o. sexta feria infra octavas epiphanie.

Nach einer alten bei der darüber vom Kurfürsten Joachim II. im Jahre 1542 Sonntag vor Joconditatis erteilten Bestätigung produzierten Copie.

XVII. Markgraf Ludwig vereignet dem Kloster Krevese das Dorf Schalun, im Jahre 1334.

Anno domini M^o. CCC^o. XXX^o. quarto Templin, In die sancti Bricii. Nos Ludovicus etc. Ad uniuersorum presentes litteras intuentium cupimus notitiam peruenire, quod pro antidoto animarum nostre atque nostrorum predecessorum dedimus et per presentes donacione sollempni donamus personis in cristo deuotis priorisse totique conventui cenobii in Creuesse ordinis sancti benedicti proprietatem plenam et omnimodam super duobus mansis in Scalun, ita quod nichil juris nobis vel nostris successoribus reseruauimus in eisdem ymo omni iuri, quod nobis competere ad eisdem mansos poterat, renunciauimus renunciacione debita et consueta.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg No. XIV.